

cooperuit cedros dei. i. aluissimos eorum
platos et doctores. quanto ei magis illa vi-
nea siue popul⁹ crecebat. tanto maiori cura
et solitudine prelati eorum occupabantur.
ita vinea ista crescendo cooperit oēs sanctos
pphetas et patriarchas cura et solitudine.

Et extendit hec vinea palmites suos. i. filios suos a hierusalem vsqz ad mare
mediterraneanse quo terminatur regnū
iude et vsqz ad flumen iordanis pro-
pagines eius filios filiorum.

Domine cum tot beneficia contuleris
illi populo. **U**t quid ergo destruxisti
maceriam eius. i. custodiam angelicam
qua eam vallaueras. subtraxisti protectio-
nem eius et exposuisti eam genibus vin-
demiant eam spoliando. diripiendo. et con-
culcant omnes gentes que iuxta eam
sunt.

Exterminauit extra terminos patrie sue
eiecit eam captiuando aper scilicet vespasia-
nus. immundus foris egressus de silua
genulitatis qui singularis. id est superb⁹
ferus iudeis depastus est eam. i. tota-
liter consumpsit

Domine deus virtutum quis ex-
terminata sit vinea et consumpta p maiori
parte vt tamen reliquie salue fiant conuer-
tere ab ira tua. et propiciare ei de celo.
et vide indulgendo ei. et visita muredo
filiū tuū q sanet eam egrotantem.

Et ne pereat vinea ex toto. **P**erfice eam
in fide filij tui quam inchoasti in vmbra
legali quam plantauit dextera tua p-
piciatio tua. et perfice eam super fidem
filij tui fundatam. et quem confirma-
sti tibi. i. tuū esse filiū naturale ostendisti di-
cens. hic est filius meus dilectus in quo mi-
hi bene cōplacui.

Qui igne impietatis vlt cupiditatis **S**uc-
censi et oculis iniquitatis suffossi
ex eadem gente in christum credere noluer-
unt ab increpatione terribili in die iu-
dicii. vultus tui. id est. filij tui peribunt

Quia tam diu mali erimus donec sal-
uator adueniat. ideo **F**iat manus tua.
id est. operatio tua ostendatur potentia su-

per virum. id est. Christum qui ad dexte-
ram sedet. et super filium hominis scilicet
virginis. scilicet eundem Christum qui ita
est filius dei. vt etiam sit filius virginis.
quem confirmasti tibi. supra est ex-
positum.

Hoc fac vt orau. **E**t non discedimus
per auersionem a fide vltra qui prius di-
scessimus et viuificabis nos. vna gratie
in presenti. et glorie in futuro. et nomē tu-
um inuocabimus. illud scilicet nomen
quo deus pater appellatur. inuocabimus
edocti a filio tuo qui institutione salutari
nos docuit sic orare. pater noster et cetera.

Domine deus virtutum conuerte
nos ad te perfecte diligendum. ostende
faciem tuam per aptam visionem et
salui erimus quia in clara visione dei
et perfecta fruitione consistit eterna salus
nostra.

Psalmus. LXXX. in quo mo-
net vt contemptis terrenis ad cele-
stia mente ascendamus.

Rox ecclesie. o fideles

Exultate ^{cordis deuotione}
deus qui nos iuuat in omni-
bus pressuris nostris. iubilati-
te in explicabili leticia. deo populi fide-
les designati per **J**acob qui fuit verus
cultor dei.

Et vt possitis exultare et iubilare **S**u-
mite sequentia instrumenta musicalia scilicet
psalmum. id est. bonam operationē
et date deo timpanum. id est. laudem
cū vestre carnis mortificatione. et his duo-
bus adiungatur psalteriū iocundū cū
cithara. id est. deuota oratio. **B**uccina-
te. id est. annunciate alijs laudem alta vo-
ce. in insigni festo tubarum. scilicet in
innovatione vestri que per septiformē gra-
tiam spūsancti fit. id est. preconiali vo-
ce cantate cum noue regenerationis gau-
dia fueritis consecuti que vobis debet esse
magna solennitas.

Ideo buccinate in predicta solennitate. Quia preceptum est in israhel. illis ad litteram nobis spūaliter. et si negligis timendum est vobis quia iudiciū est dō iacob. preceptum enim illud datum est p eum qui est futurus iuder.

Illud preceptum. id est. legem. **I**psū dominus in populo iudeorum de signato hic per ioseph. cio post exitū de egipto que lex esset illi testimonium quid esset faciendum et quid timendū. vnde sequitur cum ille populus exiret d egipto. linguaz quam non nouerat audiuit. id est. legem. **E**t mouit dominus sum populi israhelini ab oneribus et lateris quibus premebatur in captiuitate egipti. cuius populi manus seruerunt in cophino. cogebantur enim instrumentis porare simuz et feces d ciuitatibus.

Propheta in persona dei recolentis beneficia prestita populo israhel vt grauior estimetur eius offensa dicit. **I**n tribulatione dure seruitutis tue inuocasti me vt liberarem te et liberaui te de captiuitate educendo et exaudiui te in abscondito angustie tue et tempestatis quā scilicet audientibus egiptijs ad me gemere non audebas. et etiaz probaui te apud aquam contradictionis vbi de potentia mea. id est. bonitate te reperi dubitatem.

Hec bona omnia feci tibi et ideo **A**udio popule meus et intellige et testis ero veritatis contra te si legem meā transgressus fueris. israhel si audieris me obtemperando preceptis meis non erit in te deus recens. deus noster nunquā fuit recens nec nouus nec in tempore factus sed antiquissimus semp ab eterno et in eternum nec adorabis deum alienum. qui nomine et non essentia siue natura sit deus.

Non adorabis dico deū alienū. quoniam **E**go sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egipti et non alius. Dilata os tuum ad petendum tibi pri-

lia. et implebo desiderium tuum.

Ego sic ammonui eos. et tamen **N**on audiuit populus qui meus deberet esse ad monitionem meam et israhel nō intendit mihi ingratus tot beneficijs.

Et quia attendere noluit ideo **D**imisi eos vt p suo libitu ad omēs sui cordis voluptates ferantur. et ipi subtrahita grana mea. ibūt in peccatis enormibus et erroribus ab eis nouiter inuentis.

Sic dimisi eos. sed **S**i populus meus audisset me credendo et imple factus verus israhel si in vijs meis ambulasset precepta mea obseruando.

Ipsō nihilo forsitan. id est. vere absque ulla difficultate inimicos eorum humiliaissem. eos ad nihilum redigendo. et super tribulantes eos ostendissem potentiam meam eos interficiendo.

Propheta de eorum eterna damnatione loquens ait. **I**nimici domini. scilicet iudei qui deberent esse amici. mentiti sūt ei non reddentes promissa quibus se ad precepta omnia eius implenda bonis pollicitationibus obligauerūt et ideo tempus punitōis eoz erit in eternum.

Et merito veniunt damnandi. quia **D**eus cibauit illos ex intima medulla frumenti et saturauit eos de melle fluente de petra in rupibus ei illi terre erat mel in copia.

Psalmus. **LXXXI**. in quo monet credere christum verū deum et verū hominem esse.

Deus factus homo stetit in sinagoga. i. cōuentu iudeorum bonorum quos deos dicit. iuxta morem illū quod dii dicūt quicūque magni viri. i. medio bonorum deorum stetit xp̄s in assumpta natura s̄m illud. mediū autē vestrū stetit. in medio at diiudicat. i. discernit bonos ac iustos quod maiestatis siue monita fidem quod securi sunt a malis.